

- dus, cum ad præscriptionem sive bannum adversus ab-
 sentem & fugitivum procedi, in poena ei non tantum
 dictari, sed & aliquando prorsus in ejus effigie exsequi
 possit, etiamsi nullo alio in loco delinquens reperiatur,
 de quibus Vid. Carpz. *in prax. crimin. p. 3. q. 140.* Brunnem.
proc. Crimin. c. 8. memb. 6. Conf. Fromman. *disp. de execu-*
17 *tion. in effigie.* Ratione rei in loco domicilii mutati
 relictæ, quin mutans nihilominus quoque conveniri
 possit, pluribus hic adducere, supervacaneum est; cum
 locus rei sitæ forum tribuat competens in actionibus
 realibus, sive mobilia sive immobilia vindicentur, Carpz.
proc. tit. 3. art. 3. §. 4. quod etiam de actionibus mixtis,
 & in rem scriptis dicendum est. *l. 9. §. 9. ff. quod met. caus.*
18 Struv. *Ex. 9. §. 49. sq.* Quin & ratione contractus mu-
 tans in foro mutati domicilii, si ibi solvere promisit,
 recte convenitur, modo juxta dispositionem Juris Ca-
 nonici & praxin hodiernam ibi reperiatur, *c. 1. §. contra-*
hentes d. for. compet. in 6to. Gail. *l. 2. Obs. 36. n. 14.* Carpz.
19 *l. 2. Resp. 30.* Struv. *Synt. Jur. Civ. Ex. 9. §. 41.* Quod de
 contractu dictum, etiam ad quasi contractum extendi-
 tur, ut scilicet aliquis in loco mutati domicilii adhuc con-
 veniri possit, si scilicet ibi aliena negotia administraverit,
 & jam ut, administrationis suæ rationes reddat, convenia-
 tur, *tot. tit. C. ubi de ratiocin. ibique Ddres.* Carpz. *l. 2. R.*
33. Mev. p. 5. d. 298. & p. 8. dec. 267. Franzk. *l. 2. Resol. 26.*
20 ubi id in cujuscunque generis rationibus tam publicis
 quam privatis obtinere concludunt. add. Richter. *dec.*
13. n. 21.
21 Denique & ratione reconventionis prioris domicilii
 forum manet integrum, quando nimirum aliquis ante mu-

mu-